cubinæ vero ſolummodo iis qui non habeant utique conjugem (hoc etenim tantum concubinam [1] habentibus eſt conſcriptum) mediam unciam ſolam donantes. Si vero filiorum legitimorum non ſint parentes, & neque patrem neque matrem habeant, usque ad tres uncias relinquere eis aut donare permiſſi ſunt, & hoc cum matre: & ſi quolibet modo acceperint aliquid, in hoc reputari ſolummodo: quod autem plus eſt, ad eos qui vocantur ex lege venire, hoc quod Theodoſii ſenioris filii, licet non perfecte, ſanciverunt. §. 1. Nos igitur etſi prius humana uſi lege, pro tribus unciis, ſex [2] uncias eis, filiis legitimis non extantibus, per patrum magnificentiam dedimus: ſed tamen ex iis quæ ſubinde proveniunt cauſis perfectius ſimul clementiusque conſiderantes, præſentem ponimus legem. Plurima utique ſunt, & prius commiſſa, & noſtris temporibus delinquuntur: & ideo ab impietate homines liberamus. Quidam enim non habentes licentiam quantum volunt ſuis naturalibus filiis relinquendi, eligunt [3] quaſi viros [4], & ſcribunt heredes, quatenus reſtituant filiis. At illi aut ex hoc impie agunt, & prævaricantur voluntatem ſcribentium, aut (quod omnium leviſſimum putant) pejerant: & tacemus ea, quæ tradita ſunt ex memoria nobis in perſonis glorioſiſſimis talia delinquentibus priſcis temporibus. §. 2. Ne [5] igitur ſemper tale fieri delictum ſinamus: neque quod agere licet in extraneis & ignotis, hoc in propriis filiis naturalibus homines agere prohibeamus, propterea præſenti lege ſancimus, ut ſiquidem quispiam habuerit filios legitimos, non poſſit filiis eorumque matri ultra [6] unam relinquere unciam, aut donare naturalibus aut concubinæ: (hoc enim proprium prioris judicamus eſſe conſtitutionis) ſed & ſi quid amplius dare tentaverit quolibet modo, hoc fieri filiorum legitimorum: vel ſi filii non ſint, concubina vero ſolummodo, huic mediam unciam relinqui aut donari concedimus. §. 3. Si [7] vero filios non habuerit quispiam legitimos, aut quenquam aſcendentium quibus neceſſitas [8] eſt legis relinquere partem propriæ ſubſtantiæ competentem: teſtatori licentia ſit etiam [9] in duodecim uncias ſcribere filios naturales heredes, & dividere inter eos quocunque voluerit modo res, & per donationes aut ſimplices, aut antenuptiales, aut per dotes: aut per alium quemlibet modum legitimum ſuas in illos ſubſtantias transponere. ſic enim nequaquam egebunt, quibusdam ad impietatem aut perjurium præparatis: ſed ex ipſo ſuam diſponent pure ſententiam. Si vero habuerint hi quos prædiximus, aliquos aſcendentium: legitimam eis relinquant partem, quam lex & nos conſtituimus: reliquam vero totam in naturales filios habeant relinquendi licentiam. Et hæc dicimus ſuper iis, qui in ſcriptis & legitimis voluntatibus diſponunt ſuam ſubſtantiam. §. 4. Si quis autem defunctus fuerit, legitima ei omnino ſobole non extante, (filiorum dicimus aut nepotum, vel deinceps ſucceſſionis) neque [10] legitima conjuge, deinde moriatur non diſponens de ſubſtantia ſua, & veniat cognatio [11] forſan aut etiam manumiſſor [12], utpote bonorum poſſeſſionem movens & inſurgens, aut etiam noſtrum ærarium [13], (nam nec illi quantum ad hoc parcimus) ſit autem ei donec vixerit, libera mulier in ſchemate concubinæ ſociata, & filii ex ea: (talibus enim ſolummodo hoc ſancimus, ubi omnino indubitatus eſt & concubinæ in domo affectus, & filiorum ibidem proles) & alimentum damus eis, & inteſtatis parentibus defunctis duas [14] paternæ ſubſtantiæ uncias habere, cum matre partiendas, quanticunque fuerint filii: ut unius filii portionem mater accipiat. Et hoc dicimus ſi uni concubinæ ſocietur, aut filios ex ea habeat, aut etiam præcedente concubina, morte forſitan, aut ſeparatione filii ei domi ſint: tunc enim damus eis ab inteſtato ad duas uncias vocationem. §. 5. Si vero effuſa concupiſcentia ei fuerit, & alias ſuperinduxerit priori concubinas, & multitudinem [15] habuerit mulierum fornicantium, (ſic [16] enim dicere melius eſt) & ex eis filios habens moriatur, multas ſimul deſerens concubinas, odibilis quidem eſt iſte talis: procul autem hac lege modis omnibus cum talibus filiis [17] & concubinis excludatur. Sicut enim ſi quis legitimæ copulatur uxori, alias [18] ſuperinducere non poterit matrimonio conſiſtente, & ex his legitimos procreare: ita neque poſt agnitam quo diximus modo concubinam, & ex illa filios, dabimus, ſi etiam aliquod opus libidinis aliud fecerit, etiam hos ad ſucceſſionem ejus introduci, ſi mortuus fuerit inteſtatus. Nam ſi hoc non ſanciverimus: indiſcreta quidem erunt quæ mulierum ſunt quam potius aut quam minus amaverit: indiſcreta quidem & quæ filiorum ſunt, & nos non damus luxuriantibus, ſed pudicis legem. Non autem differentiam facimus [19] de filiis ſive maſculi ſint ſive fœminæ. Sicut enim natura nihil circa talia tractat: ſic nec nos aliam in maſculis, & aliam in fœminis ſecundum hoc ponimus legem.

§. 6. Si quis autem (oportet enim per omnem viam ſubtilitatem [20] ſimulque pietatem tranſire) habens filios legitimos, relinquat & naturales, ab inteſtato quidem nihil eis exiſtere omnino volumus: paſci [21] vero naturales a legitimis ſancimus, ut decet eos ſecundum ſubſtantiæ menſuram a bono viro arbitratam: quod videlicet apud noſtras leges viri boni arbitratu dicitur, hoc ipſo cuſtodiendo, vel ſi conjugem quidem habet, filios autem naturales, & ex defuncta concubina ſibi natos, & illi aluntur ab ejus ſucceſſoribus. De nepotibus enim naturalibus, quæ jam a nobis ſpecialiter etiam de ipſis diſpoſita ſunt [22], obtineant.

CAP. XIII.

IN quibus autem caſibus naturales filios vocavimus ad ſucceſſionem, in iis quoque & ipſi decentem naturalibus patribus devotionem ſervent: eademque menſura ſicut parentes proſpiciunt naturalibus filiis ſecundum noſtram legem, & ipſi parentibus compenſent [23] ſive in ſucceſſionibus, ſive in alimentis, ſicut ſuperius ſancivimus [24].

CAP. XIV.

QUoniam vero & dudum in quibusdam conſtitutionibus dictum eſt oportere, in quibus patres donant filiis aut relinquunt, in his etiam curatores [25] eis præbere confirmandos tamen: hoc ratum eſſe etiam nunc ponimus, dantes & matri [26] (ſecundum quod jam de his diſpoſitum eſt) & naturalium tutelam agere filiorum, omnia agenti quæcunque in legitimis definita ſint filiis.

CAP. XV.

Ut filii ex damnato coitu nati, nec [27] alimenta a parentibus conſequantur.

ULtima [28] ſiquidem nos pars legis expectat, ut ipſa competentem ſuſcipiat ordinem, & enumeremus qui neque ipſo naturalium nomine digni ſunt. Primum quidem *omnis qui ex complexibus* (non enim hoc vocamus nuptias) *aut nefariis, aut inceſtis* [29] *aut damnatis proceſſerit, iſte neque naturalis nominatur, neque* [30] *alendus eſt a parentibus, neque habebit quoddam ad præſentem legem participium.* Unde etſi certa a Conſtantino piæ memoriæ in conſtitutione [31] ad Gregorium ſcripta, quædam de talibus dicta ſunt filiis: hæc non recipimus: quoniam & non [32] utendo perempta eſt. *Phœnicarchorum* enim, & *Syriarchorum* [33], & magiſtratuum, & inſignium meminit, & clariſſimorum: & neque naturales eſſe vult ex his procedentes: amovens eis etiam imperialis munificentiæ manſuetudinem. Quam videlicet conſtitutionem omnino perimimus [34]. §. 1. Hæc a nobis ſancita ſint, & nulla penitus ignorantia noſtrarum erit legum, nec qui ſunt legitimi, qui vero naturales, nec quomodo eis legitima jura dantur: aut quomodo etiam naturales permanentes promerentur humanitatem: & quomodo etiam ipſi competenter honorati ſunt, ab eorum qui neque naturales dici digni ſunt, communione ſegregati.

EPILOGUS.

Quæ igitur placuerunt nobis, & ad hominum medelam atque naturæ ſupplementum per hanc legem decreta ſunt, tua ſublimitas faciat omnibus manifeſta, programmatibus propoſitis, per quæ omnibus lex erit aperta, cognoſcentibus quomodo in talibus converſentur, & noſtram conſiderantibus providentiam, qui omni alii occupationi eorum præponimus utilitatem. Dat. Kal. Septembr. CP. Imp. Domin. JUSTINIAN. PP. Aug. Anno XIII. [35] APPIONE V. C. CONSULE.

1 Unicam ſcil. §. 5. J. *hic.* 2 *Nov.* 18. *c.* 5. 3 In fraudem legis. 4 Legati & inſtitutionis capaces. 5 Hinc ſumpta eſt Authentica, *nunc ſoli. C. de naturalib. lib.* 6 Senſus eſt, Parentibus permitti unciam naturalibus liberis non legitimatis & eorum matri, etiam exiſtentibus legitimis liberis, vel inter vivos, vel teſtamento donare: ſoli concubinæ, ſemiunciam: non exiſtentibus vero liberis legitimis, parentem poſſe eos in aſſem inſtituere, niſi & ipſe moriens parentes reliquerit, [illegible]

hereditas, ſi nulli extent legitimi *c.* 12. §. 3. *ſupr. hic.* aut iis extantibus non amplius quam qui legitimus conſtitutus minimam habuerit portionem. *d. c.* 3. §. *hic.* Jul. *conſt.* 83. *n.* 313. Ab inteſtato vero legitimati per matrimonium (de legitimatis per adoptionem alibi dicemus: de his autem qui legitimantur per oblationem curiæ, hoc tenendum eſt, eos patri tantum legitimos, *c.* 4. §. *hic.* quin & talem legitimationem ab uſu receſſiſſe, Michael Graſſus *l. ſent.* §. *ſucceſſio quæſt.* 19. *n.* 19. Legitimatum vero per reſcriptum principis aut ejus beneficio, qui poteſtatem legitimandi habet, interpretes nolunt ad [illegible]

TIT.

TIT. II.
DE TESTIBUS [1].
NOVELLA CONSTIT. XC.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Joanni glorioſiſſ. prætoriorum Orientis præfecto, iterum exconſuli, ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

TEſtium, propter probationes, utilitas [2] adinventa quidem dudum eſt, ne quid lateat facile actorum: at calliditate plurima hominum adveniente animis periclitatur migrare in contrarium ordo cauſæ. Non enim ut patefiant quæ geſta ſunt, teſtantur plurimi: ſed quatenus adhuc amplius occultentur. nam alia quidem ſcientes, alia vero pronunciantes, aut quæ non ſunt, dicentes: hoc ipſo confitentur, quia ea quæ vere ſciunt, neque volunt patefieri, neque ſecundum ea proferri judicia: ſed quæ nunquam facta ſunt, hæc & pronuntiant, & ad judicium deduci quærunt. Omnino itaque perimere teſtimonia uſui rerum incautum eſt, plurimis exiſtentibus, quæ non [3] aliter patefiunt, niſi teſtibus pronunciantibus. Licere autem omnibus etiam valde viliſſimis [4] teſtimonium perhibere, & ante nos prohibuerunt legislatores [5], ſcilicet multas exceptiones facientes [6] & plurimos excludentes etiam ipſo teſtium nomine [7], vel ſchemate [8]. Quia vero neque poſt has prohibitiones, adhuc purum eſt teſtium opus: exiſtimavimus oportere & nos adjicere aliquid cauſæ ſubtilitati, & falſa teſtimonia, quantum eſt poſſibile, minorare. Tale enim quiddam etiam nunc apud clariſſimum Bithyniæ provinciæ judicem geſtum invenimus in teſtamento, oſtenſa teſtium falſitate peſſima aperte convictorum, & noviſſime confeſſorum, quia cum teſtamentum fieret, & fuiſſet defuncta teſtatrix, teſtium quidam tenentes jam mortuæ manum, ita per chartam [9] virgam factam & ex latere ductam traxerunt, & ſignum venerabile crucis videri ſcripſiſſe defunctam præparaverunt. Nos igitur ad hoc reſpicientes, alia quidem de modo teſtium, alia vero de eorum ſtatu exiſtimavimus oportere decernere. Quæ itaque dicta ſunt ab antiquis legislatoribus in prohibitione horum, quos ſuſpenderunt teſtimonium perhibere, rata omnia ponimus.

CAP. I.

Ut teſtes nonniſi illæſæ exiſtimationis recipiantur, ſeu de teſtibus judiciariis.

SAncimus autem, & præcipue in hac maxima & feliciſſima civitate, ubi plurima conſiſtit (Deo favente ſermoni) multorum bonorumque copia virorum, bonæ [10] opinionis eſſe oportere teſtes, & aut [11] carentes hujusmodi derogatione per dignitatis [12] aut militiæ [13], aut divitiarum [14], aut officii [15], cauſam: aut ſi non tales conſiſtant, ex utroque tamen quia fide digni ſunt, teſtimonium perhibere. Et non quosdam artifices [16] ignobiles, neque viliſſimos, neque nimis obſcuros [17] ad teſtimonium procedere. ſed ut ſi qua de eis dubitatio fuerit, poſſit facile demonſtrari teſtium vita, quia inculpabilis atque moderata eſt. §. 1. Si vero ignoti [18] quidam fuerint undique, & aliquid apparuerint circa teſtimonii veritatem corrumpere [19] feſtinantes: poſſe eos etiam verberibus [20] ſubjacere. Et judices ſiquidem adminiſtratores [21] fuerint, hoc ipſi agant. Si vero alii præter eos ſunt, qui adminiſtrationes habent, ipſi quidem aſſumant apparitorem magnificentiſſimi prætoris plebis, in provincia vero locorum defenſorem: & per eos inferant eis verborum experimentum: quatenus propter hoc nihil celent veritatis, aut etiam capiantur per hanc viam pecuniis teſtimonium perhibere, aut aliter circa hoc malignantes.

CAP. II.

Ut inſtrumentis debitæ pecuniæ teſtes rogati non fortuiti adhibeantur, ſeu de teſtibus inſtrumentariis.

ET [22] licet dudum nullam in debitis ex ſcripto factis non ſcriptarum ſolutionum probationem per teſtes ſuſcipi ſanciverimus, niſi ſecundum obſervationem ibi [23] dictam, quam ſcilicet valere præcepimus: & tamen etiam nunc hoc renovamus. Si enim ſcriptum ſit debitum, & non ſcripta proferatur ſolutionis a litigantibus per teſtes probatio: tunc ſuſceptibilem eam apud judices eſſe, dum ad hoc ipſum aſſumantur [24] teſtes, ut pro facienda ſolutione aut memoria factæ alicui jam ſolutionis, & confeſſione ejus qui pecunias accepit, teſtimonium perhibeant viri fide digni conſtituti [25]: aut etiam cauſam teſtimonii forte faciant manifeſtam. Hæc autem inania & ex tranſitu [26] perhibita teſtimonia, nulla modis omnibus valere ratione, & hujusmodi quædam fingere teſtimonia, ut propter aliud quoddam opus adveniens, audiat aliquos dicentes accepiſſe ab aliquo aurum, aut debere alicui. Hæc namque aperte nobis ſuſcepta ſunt, & nulla digna ratione dum quando & tale aliquid in judicando invenimus, eo quod cum multæ pecuniæ dicantur ſolutæ, tabularii duo [27] tantummodo hoc dixerunt *audiſſe ſe, teſte præſente nullo, & debitum in ſcriptis conſtitutum*, & fatente ſcribere ex hoc ſciente & valente per proprias literas hæc manifeſta facere: quod ex illo odio habentes occaſionem præſentis accepimus legis. Et iterum adductus eſt aliquis [28] alius ſimilis calumnianti, & præſentibus teſtibus ad hoc, & coram tabulario depoſuit *apud ſemet ipſum debita eſſe.* & is quidem qui mercede hoc egit, deceſſit, alius autem exactus eſt debitum, quod ab alio quodam tanquam ab eo ſcilicet confeſſum eſt, Deo hujusmodi omnino non indulgente occultari.

CAP. III.

Ut teſtimonia ſcriptis redigantur, & quorſum.

NEque igitur hujusmodi credimus teſtimoniis, aut tabulariorum (ſicut prædiximus) depoſitionibus, eo quod literis eruditi ſint, qui confiteri volunt, apud quem, & ſcribere, aut in judicio confiteri, & dare rei fidem indubiam: neque manere eas veracibus peſtiferas concedimus: neque ſi tale aliquid factum eſt, recipimus: ſed exigimus quod deprecatum eſt ab eo, qui deduxit teſtes in hoc ipſum: & hoc per teſtationes demonſtrare neceſſe eſt eos (hoc quod in [29] teſtamentis) rogatos [30], & bonæ opinionis conſtitutos, & ita cautam ſuſcipere ab eis probationem, & neque [31] atteſtationem deinceps, neque teſtium habentem præſentiam, & depoſitionem, & ſubſcriptionem, tenere. Si vero non hujusmodi conſtituti teſtes ſint, quales pridem ediximus, & ſuppliciis [32] ſubdi eos præcipimus. Si [33] vero quidam aperte contraria [34] dicant ſibi, aut alterutris teſtificentur, maxime judices hoc animadvertere: & ſi veraciora [35] teſtificatis adverſitates [36] invenerint, ejiciant quidem ejusmodi teſtationes: ea autem quæ a dignioribus [37] fide & plurimis dicta fuerint, conſiderent. Si vero aſtu [38] apparuerint malignantes, & ex hoc incidentes in contrarietatem: neque immunes eos derelinqui, niſi ſecundum aliquem errorem fortuitum, & non aſtu contraria dicentes demonſtrentur.

CAP. IV.

Ut cognitis teſtimoniis quartæ productioni teſtium locus non ſit: vel, quot & quomodo teſtes producuntur.

1 Julian. *conſt.* 83. dixi ad 22. *D.* 5. adde 4. *quæſt.* 3. Goth. Vid. ad hanc Novell. Ritterſhuſ. *in expoſit. Novell. part.* 9. *cap.* 22. Anſ. 2 Teſtium uſus in multis neceſſarius, *l.* 1. *ff. hic.* 3 Teſtibus ſolis quædam probantur. 4 Ευτελεςάτοις. Viles ſunt, quos vitæ vilitas infamavit, Paul. 5. *ſent.* 15. §. 1. vitæ, id eſt, morum, *l.* 2. *ff. hic.* ut ſunt infames, *l.* 1. *ff. de his qui notant. infam.* Berberius in defenſorio jur. *c.* 9. *n.* 34. popinarum & ganeorum mancipia intelligit, ſed & eos, qui vilia officia adminiſtrant, *c.* 1. *verſ. Et non quosdam.* J. *hic.* 5 *l.* 8. *C. hic.* 6 Eorum ſcilicet, qui non poſſunt teſtes eſſe: & ita ferre teſtimonium poſſunt, qui nominatim non prohibentur.

7 Ut quia parens vel filius, domeſticus, vel (ita conjunctæ perſonæ) impubes, infamis, furioſus. 8 Ut quia ſunt infames, aut viliſſimi artifices. 9 Οὕτω κατὰ τοῦ χάρτου τήν τε εὐθεῖαν τήν τε πλαγίαν εἵλκυσαν &c. *Scrimg.* id eſt, & tam in transverſum, quam recta linea ducta effeciſſe, ut defunctus venerandæ ſignum *Crucis* adſcripſiſſe videretur. *Hal.* Moris fuit apud Conſtantinopolitanos, *Crucis* ſignum præfigere teſtamentis & inſtrumentis. *Nov.* 73. *c.* 8. *l. ult.* §. 2. *C. de jure delib.* Hinc conſtat, teſtibus licuiſſe manum ducere contrahentis literarum imperiti, ad pingendum crucis Chriſti ſignum. vide quæ ſcripſi ad *Nov. Leon.* 72. 10 *l.* 3. *ff. hic.* cui derogatur multis modis, de quibus J. *hic.* Goth. Ad hoc caput vid. Delider. Gerald. *de rer. jud. autorit. lib.* 1. *cap.* 5. Anſ.

11 Καὶ χρείττους τῆς τοιαύτης διαβολῆς. 12 Nimia dignitas, nimiæ divitiæ, nimium officium, ſeu nimia conjunctio, teſtibus fidem derogat. 13 Puto id oſtendi, ducem pro milite, militem pro duce teſtem facile non admitti. 14 Divitiæ tamen teſtimonio fidem videntur addere. Diviti namque quam pauperi major fides adhibenda, vid. *l.* 3. *ff. hic.* Homo tamen, licet pauper, fidelis eſſe poteſt. §. 12. *Inſt. de ſuſpect. tut.* *l.* 17. §. 4. *ff. de adopt.* quod etiam in criminalibus locum habere dixeris, niſi nimia paupertas & dolus perſpicuus ſit: & ita accipe *l.* 3. *ff. hic.* Poterit itaque pauper pro paupere vel divite, vel in pauperem aut divitem recte teſtimonium dicere: de locuplete adde Rolandum a Valle 1. *Conſil.* 16. *n.* 18. Quid creditor? pro debitore ſuo non facile videtur admittendus, ut nec debitor pro creditore. 15 Επιτηδεύσεως. Puto etiam id ſignificari, Amicum amico, *l.* 5. *C. hic.* liberos parentibus, *l.* 6. *d. tit.* uxores maritis, libertos patronis, *l.* 12. *d. tit.* clientes, ſervos, *l.* 8. *d. tit.* domeſticos, *l.* 3. *d. tit.* dominis: agnatos ſeu proximos, agnatis: ſocium ſocio, 1. *Harm.* 6. *cap.* περὶ κεκωλυμένων *in fine*, & econtra, teſtes idoneos non eſſe. Contra, uxor in virum, ſervi in dominum, filii in patrem, & econtra, teſtes eſſe poſſunt, in cauſa majeſtatis, 1. Harm. 6. *c.* περὶ τῶν κεκωλυμένων. 16 Επιδιφρίους μηδὲ χαμερπεῖς, ſedentarios aut humi repentes. *Haloand.* carrucarios itaque intellige & latrinarum ſtercoratores, *l.* 15. §. 1. *ff. de uſufruct.* Horum enim artificium tale eſt, ut circa humum verſentur. adde Berberium *d. loco.* Teſtem commendare debet artis laudabilis titulus Jul. *hic n.* 326. Ita apud Harmenopulum legimus *lib.* 1. *tit.* 6. §. 1. Teſtes eſſe debere ἀξιοπίστους, μὴ ἐπιδιφρίους, μηδὲ χαμερπεῖς, μηδὲ παντοίως ἀσήμους. Sic Heſychio χαμερπὴς γεωργός, ὁ ἐν γῇ κοιμώμενος. Eadem ratione Harm. 6. *tit.* 2. §. 22. mulieres viles & abjectas εὐτελεῖς καὶ χαμηλοὺς vocat.

17 Ασήμους. 19 Αγνώστοι, puto intelligi eos, non qui ſunt ignoti actori vel reo: ſed vel viliſſimos: *de quib.* §. vel omnibus bonis ignotos, vel eos de quorum honeſtate & vita nulli teſtes poſſunt deponere. Jul. *hic.* alias vel in itinere, ſi quid nobis præter ſpem accidat, invidia fuerit ignotis, id eſt, nondum nobis notis teſtibus, uti non poſſe. Et tamen verum eſt, quod dicitur, teſtem notum eſſe judici & parti, id eſt, & actori & reo oportere. Non eſt autem ignotus, cujus perſona, nomen, domicilium, urbs, ætas, mores, officium, vel artificium ſciri poterit. Quid, teſtis poteſtne audiri, ſi dixerit ſe nomen rei ignorare, ſe tamen reum exhiberi petere, ut eum agnoſcat? poſſe volunt idque officio judicis, *l.* 3. §. 7. *ff. ad exhib. l.* 3. *in fin. ff. de public. l.* 2. *C. ad exhib.* Nam & ignotus heres inſtitui poteſt, *l.* 11. *C. de hered. inſtit.* & ignotus tutor dari poteſt, §. 10. *Inſt. de excuſ.* At in inventario notus heredi teſtis admittendus, *l.* 22. §. 2. *C. de jure delib.* Cæterum quibus caſibus teſtes noti eſſe debeant, vid. apud Socinum *reg.* 412. adde quædam de ignoto teſte ex Harm. 1. *tit.* 6. §. 2. Goth. Intellectum hujus §. vid. apud Bellon. *lib.* 4. *ſupputat. cap.* 13. Anſ. 19 Id eſt, Teſtes, qui vel odio, vel inimicitia, vel precibus, vel pecunia, vel gratia deponunt, ſunt ſuſpecti & merito rejiciendi. 20 Obſcuriorum & obſcurarum perſonarum teſtimoniis non creditur ſine tormentis, *l.* 21. §. 2. *ff. hic. l.* 13. *C. hic.* Cur ita? poſſunt enim minimo metu quæſtionis injecto corruptos ſe fateri: quibus non propoſitis in honeſtarum perſonarum capita ſecuri graſſarentur facile.

21 Αρχοντες, id eſt, magiſtratus. 22 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Rogati. C. de teſtib.* extat & hic locus apud autorem *Ecl.* 21. *tit.* 1. *c.* 54. 23 *l.* 18. *C. de teſtib.*

24 Παραλαμβάνοιντο, id eſt, rogentur. Solutio ſeu numeratio pecuniæ non probatur teſtibus, niſi ad id rogati ſint, ut ſpectatores aut teſtes ſolutionis eſſent, *c.* 3. J. *hic.* Jul. *hic ibi.* & *ad hoc ipſum rogatis*, & *d. auth. Rogati.* Επὶ δὲ τῶν συμβεβηκότων, καὶ περιστατικῶν &c. id eſt, fortuitis vero & iis, quæ caſu contingunt, etiam non rogatus teſtis auditur: & ita Harmenop. accipit *l.* 1. *tit.* 6. §. 38. *l.* 11. *ff. de teſtib.* Idem dicendum eſt in iis, quæ fieri clam ſolent, ut in furtis, in quibus etiam admittuntur domeſtici teſtes, *l.* 8. §. 6. *in fin. C. de repud.* In conventionibus rogati eſſe debent, Harm. *ibi*, & in teſtamentis, vid. *l.* 21. §. 2. *ff. qui teſtam.* & matrimoniis. 30. *quæſt.* 5. *c. noſtrates*, & divortiis, *l.* 9. *ff. de divortiis*, in aperienda ciſta depoſita, *l.* 1. §. 36. *ff. depoſiti.* & in ſpecie *Novell.* 117. *c.* 15. In iis ergo caſibus, in quibus requiritur ſpecialis teſtium rogatio, ſimplex teſtium non ſufficit interventus. Tutiſſimum itaque fuerit, ſi tabellio rogatos fuiſſe ſcripſerit: quamvis in dubio præſumantur rogati, *arg. l.* 11. *ff. hic.* quam legem poſſis ita quoque ſumere, adde Oldend. *c.* 4. *de teſtib. n.* 23. 25 Quinque 1. Harm. 6. §. 3.

26 Ἐκ τοῦ παρήκοντος. *Scrimg.* 1. Harm. 6. §. 37. per tranſennam. In ſolutione pecuniæ non admittuntur teſtimonia eorum, qui dicere ſolent tranſeuntes ſe audiviſſe aliquem dicentem, pecuniam ſibi ſolutam eſſe. In criminalibus aliud accidere poteſt, nec enim rogari teſtes in hujusmodi negotiis moris eſt. Clam enim, ut ſæpius fiunt, vel in rixa, motu vel furore ſubito, nullis accitis teſtibus. Illud ſingulare eſt, quod in tranſitu ſervi manumitti poſſunt, *l.* 7. *ff. de manumiſſ. vindict.* Quid ſi in judicio creditor confeſſus eſt, ſibi ſolutam eſſe pecuniam? ejus confeſſio ei nocebit. *l.* 56. *ff. de re judicata: l.* 4. *C. de repud. heredit.* & in eum audientur, qui judicio tum interfuerint, licet non rogati.

27 Duo tabularii ſine teſtibus non ſufficiunt ad plenam fidem inſtrumento faciendam, *Novell.* 73. 28 Senſus eſt, Titius mercede conductus a Sempronio, apud notarios præſentibus teſtibus fatetur ſe Cajum (nomen Caji adſumens, quem Sempronius volebat ſibi, falſo tamen, obligare) accepiſſe mutuo centum a Sempronio. His ita peractis Cajus exactus eſt. 29 *l.* 21. §. 2. *D. qui teſtam.* 30 Dixi §. *c.* 2. 31 Senſus eſt, Tabularium præſentem non ſufficere, niſi teſtes quoque rogati ſint & ſubſcripſerint, & ipſa perſona principalis, ſi literas ſciat. 32 Id eſt, quæſtioni, *c.* 1. §. *hic.* 33 De teſtibus ſibi invicem contradicentibus, ſive dolo, ſive errore. 34 Teſtis ſibi contrarius non auditur, quin punitur. Contrarius eſt, qui vacillat, *leg.* 2. *l.* 16. *ff. hic.*

35 Καὶ εἰ περὶ τὰ κυριώτερα τῶν μαρτυρουμένων τὰς ἐναντιότητας εὕροιεν. *Scrimg.* id eſt, & ſi judex repererit teſtes contraria dicere in eis, quæ totam cauſam continent. Jul. *hic* 326. *in fin.* id eſt, in his cardo totius litis verſatur. 36 Id eſt, contraria.

37 1. Harm. 6. §. 4. Quoties teſtes alii aliis ſunt contrarii, creditur plurimis & dignioribus fide, adde *l.* 3. §. 2. *ff. hic.* Quid ſi pares? adhuc non pereunt teſtimonia, ſed ſpectanda erit cauſa, de qua lis movetur. Quid enim ſi de libertate quæritur vel agitur, utrimque paribus teſtibus contrariis? pro libertate judicabitur, *l.* 24. *in fin. ff. de manum.* Quid ſi teſtes digniores, num. vincentur? Quidam volunt duos teſtes honeſtioris vitæ præferri centum vilibus contrarium deponentibus, ut ita ſtetur majoris autoritatis teſtibus, rejecto minori numero. *Hoſt. Joann. And. Anton. in c. noſtra* 32. *de teſtib.* ſed in eo tamen plane non ſubſiſtunt: negant enim digniores duplo numero ſuperatos audiri, *arg. c. ſi quando* 9. *de elect. in* 6. *ibi duplo majore numero.* 38 Teſtis poteſt contraria vel aſtutia, vel per errorem deponere. Priore caſu, tormentis poteſt ſubjici, Jul. *hic n.* 326. *in fin.* id eſt, *l.* 16. *ff. de teſt.* Altero, cum venia dimitti. Aſtu contraria poteſt dicere, ſi a reo corruptus eſt, nec perſtat pro accuſatore, vel e contra. Qua pœna punietur? utique falſi, *l.* 1. §. 2. *ff. ad l. Corn. de falſis*, de qua vide *l.* 1. *in fin.* & *Nov. Leon.* 77.

Quia

QUia [1] vero [2] multi ſæpe teſtes producunt, & tertio hoc agentes, poſtea mox ut concluſerint, & excepta fuerint teſtimonia, tentantes interpellationibus nobis importuni eſſe, & velle etiam quarto [3] deducere teſtes, ſancimus noſtros judices hoc maxime conſiderare: & ſi tertio producti jam ſint teſtes: & ab eo qui teſtes deduxit, concludente & editum accipiente, iterum petantur teſtes: hos omnino non adeſſe: utpote ſuſpicione habita, ne forte [4] relictis quidem prioribus, & dudum manifeſtis propter eorum teſtimonia factis, ille non productionem teſtium, ſed de præcedentibus aut non teſtificatis additamentum, aut eorum depoſitionibus emendationem deſideret. Si vero deducens quidem teſtes, editionem nondum acceperit, neque perlegerit teſtationes, neque ipſe, neque aliquis advocatorum [5] ejus: adverſarius autem ejus acceperit ſolus, & fecerit [6] diſputationem, non tamen eam dederit ei, qui tertio dudum fecit teſtium productionem, neque per [7] diſpoſitionem edoctus ſit is qui eos produxerat, quæ teſtimoniis deſunt, hæc adjici: tunc dandam eſſe & quartam productionem teſtium ei qui hoc petierit, primitus ſacramento dando ab eo, quod neque ſubtraxit, neque percunctatus eſt teſtationes, neque ipſe, neque aliquis advocatorum ejus, aut omnino pro eo agens: neque per aliquem dolum aut machinationem vel artem, quartam productionem petit fieri teſtium: ſed propterea quod non valuit primitus uti denunciatis teſtimoniis. & ſi hoc factum fuerit: neque juſſione pro talibus imperiali egere ſicut pridem erat: ſed ex hac lege ſufficiant eis hæc quæ permiſſa ſunt: & usque ad quartam teſtium productionem licentiam eſſe teſtimoniis uti, non tamen per longum intervallum: ut non ex hoc protrahantur lites: ſed oportere omnino velocitatem eis imponere, ſecundum quod judex exiſtimaverit hoc fieri. §. 1. Illud tamen indubium eſt, quia etſi ſemel producens teſtes, aut bis, aut teſtificationes tractaverit, aut adverſario hoc faciente, ipſe diſputationem [8] acceperit, & ex hoc didicerit teſtificata, non habebit omnino licentiam ullam ulterius uti teſtium productione, neque ſi divina hoc juſſio præceperit.

CAP. V.

Ut teſtes in propria provincia examinentur: & quo ex loco trahantur.

ET [9] quoniam ſcimus dudum factam legem [10], ut ſi quis hic [11] litem exerceat, oporteat autem in provinciæ [12] parte aliqua approbari: licentiam habere, judice hoc decernente, & ſufficiens ſpatium temporis definiente, deducere [13] intra provinciam teſtes, & huc tranſmittere litem geſtis perlatis: & ab eodem judicari judice. Multæ autem hujusmodi interpellationes nobis fiunt, volentibus aliquibus, qui in provinciis quidem litigant, hic vero teſtes habent, ut teneantur hujusmodi lege: & licentiam eſſe in provinciam judicanti dirigere huc ut præſententur teſtes, aut teſtificationes omnino dentur, & iterum ad eum referri lites. Et ſi [14] de provincia in provinciam hæc petantur fieri: ſancimus propter probationum abundantiam & hoc valere, & poſſe etiam a provincia huc ab eo qui judex eſt in provincia deſtinari: & ab uno (qui a nobis definitus fuerit) eloquentiſſimorum judicum, interlocutione de eo a judice facta teſtationes dari: & a provincia alia in [15] aliam provinciam, aut apud defenſorem, aut apud præſidem teſtificationibus ex interlocutione judicantis datis: illic videlicet definitiva ſententia danda, ubi [16] & lis conteſtata eſt: ut quemadmodum hinc in provinciam apud judices aut defenſores de productione teſtium agi ſancita ſunt, ita & a provincia in provinciam, & a provincia huc teneant: & perfecta per omnia ſit probationum omnibus facultas: teſtimoniis quidem non editis, neque in provinciis, ſed geſtis datis eis a quibus producuntur, aut eorum adverſariis ſub geſtis monumentorum ſigna percipientibus, & ita huc, aut in provincias deſtinandis a judicibus: ne quando forſan & aliis egeat teſtibus cauſæ natura, & excludatur propter editionem teſtium adjectio. Hæc omnia in pecuniariis quæſtionibus intelligentes: in criminalibus [17] enim in quibus de magnis eſt periculum omnibus modis apud judices præſentari teſtes: & quæ ſunt eis cognita, edocere: ubi & tormentorum forſan erit opus, & aliis omnibus obſervationibus.

CAP. VI.

Ut teſtimonium recipiatur ejus qui ſervus eſſe dicitur: & de teſtium ſtatu.

SI [18] vero dicatur ſervilis [19] eſſe fortunæ qui teſtari voluerit, is vero *liber affirmetur conſtitutus*: ſi quidem ex nativitate, impleatur quidem teſtimonium: diſputationum vero de ſtatu ſervetur ratio: ut ſi apparuerit fortunæ ſervilis eſſe, ejus teſtimonium, ac ſi neque datum fuerit, ita ſit. Si vero *libertum ſe dicat*, compellatur demonſtrare primum inſtrumentum, in quo libertatem percepit: & ſic teſtetur. Si vero *in alia provincia libertatem dicat perceptam, aut non eſſe in promptu ſibi probationes*, & hoc evidenter juraverit: teſtatio quidem ſcribatur, non monſtrato vero manumiſſionis inſtrumento, is qui deduxit eum, non utetur ejus teſtimonio.

CAP. VII.

Ut teſtes propter inimicitiam a dicendo teſtimonio repellantur, & de Teſtibus inimicis.

SI vero quis dicat *odioſum* [20] præſentem ad teſtimonium ſibi conſtitutum, & approbaverit ſtatim, quoniam criminalis [21] inter eos lis movetur: non adſit ad teſtimonium qui usque adeo infeſtus eſt, donec de crimine judicetur. Si vero aliter [22] odioſus eſſe dicatur, aut conventus pecuniarie: procedat quidem teſtatio, tempore vero diſputationum [23] ſerventur hujusmodi quæſtiones.

CAP. VIII.

Ut mediatores non niſi de partium conſenſu teſtimonium ferant, & de teſtimonio proxenetarum.

QUoniam vero legem [24] propoſuimus in pecuniariis cauſis nolentes teſtificari, illos non compellendos [25] teſtimonium dare, qui ante *mediatores* [26] facti ſunt ipſis, & quidam abutuntur hoc, & teſtimonio nolunt uti: ſancimus, ſi utraque pars conſentiat quod & mediator eorum fiat teſtificator, (componantur enim ea quæ ab eo dicuntur) compellere eum etiam nolentem teſtimonium perhibere: prohibitione propter quam eum nolentem teſtificari penitus noſtra voluit lex, propter conſenſum utriusque partis ſublata.

CAP. IX.

Ut teſtium productio non niſi præſente fiat adverſario: & quo tempore teſtes in teſtimonium admittantur.

ET [27] hoc [28] vero quia multoties actum ſcimus, quod quidam aut apud locorum defenſores, aut apud clariſſimos provinciarum præſides, aut forte (ut aſſolet) hic apud virum clariſſimum magiſtrum cenſus ingrediuntur, & queruntur tanquam ab aliquo ſuſtinentes aliquid contra leges, aut aliter læſi, aut damnificati, teſtes volentes producere, ut non in poſterum opponantur eis, quæ ab una parte geſta ſunt: oportet etiam illum in ea civitate conſtitutum, in qua teſtationes dantur, admonitum a judice, ſive a defenſore, præſentem [29] eſſe, & audire [30] atteſtationes. Si vero noluerit advenire, ſed reſpuerit, ut ex hoc ab una [31] parte teſtimonia dentur, ut ſecundum hoc ipſum inutilia eſſent: ſancimus hujusmodi atteſtationes ita tenere, ac ſi non ex una parte conſtitutæ ſint, ſed tanquam eo præſente factæ ſint. Si enim recuſaverit, & advenire noluerit, & audire depoſitiones, (etenim publicabuntur) & niſi per inexcuſabilem aliquam neceſſitatem [32] deduci non poſſit [33], ſimilis [34] advenienti erit: & nullum juvamen ex ſua protervitate [35] ei efficietur: ſed videantur quidem probationes factæ: quæcunque vero competierint ei ad diſputandum de eis, licebit his uti ſolummodo quod videntur eſſe ex una parte [36]: propter ejus proterviam [37], propterque audaciam minime advenientis, teſtationibus opponere non valente. Omnibus [38] aliis quæ de teſtibus & ab iis qui ante nos & a nobis ipſis dicta ſunt & ſancita, fixis manentibus, & a noſtris judicibus obſervandis: ſive majores, ſive minores ſint: & ſive in hac magna civitate, ſive foris in provinciis: ut ea quæ de teſtibus ſunt, quantum poſſibile nobis eſt, corrigentes, adhuc purius & ſanctius lites agi præparemus: propter quas & cognitiones fieri a judicibus omnibus divinis [39] propoſitis Evangeliis ſancimus, & jusjurandum ſubire & pulſantes & pulſatos & advocatos præcipimus, ubique Deum inſpectorem & eorum qui judicant & quibus judicatur, & qui teſtimonium præbent animabus: ut perennis Dei commemoratio & præſentia, mundalitium [40] & citra ſuſpicionem litigantibus fiat, quam legem tenere volumus de cætero omni tempore.

EPILOGUS,

Seu promulgatio.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc divinam manifeſtata ſunt legem, tua eminentia operi effectuique tradere feſtinet. Dat. 5. Kalend. Octobr. Imp. DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno XIII. [41] APPIONE V. C. CONSULE.

1 Hinc ſumpta eſt Authentica, *At qui ſemel. C. de prob.* 2 Adde 21. *Ecloga* 1. c. 44. 1. Harmenop. 6. §. 36. 3 Poſt cognitas teſtium depoſitiones, teſtium productio peti non poteſt. vide ad hunc locum Oldend. *cap.* 3. *de teſt. num.* 12. *in fin.* & decem exceptiones ſequentes. 4 Teſtis interrogari ſuper uno & eodem facto, plus quam tertio vel quarto, non poteſt. Cur? hic vide. 5 Advocato ſciente teſtium depoſitionem eam & noſſe clientes ipſius advocati intelliguntur. 6 Lege diſpoſitionem, §. *hoc tit.* ποιήσατο παραγραφάς. *Scrimg.* exceperit præſcriptiones adverſarii ſui, Jul. *hic num.* 327. *in fin.* 7 Διὰ παραγραφῶν. 8 Τὰς παραγραφάς. *Scrimg.* παραγραφὴ *hic & duobus locis*, id eſt, diſputatio, §. *h. t.* diſpoſitio. §. *h. t.* præſcriptio adverſarii, Jul. *hic num.* 327. Contredits de teſmoins, *Gall.* 9 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Apud. C. de fide inſtrum.* 10 *l.* 18. *C. de fide inſtrum. l.* 3. §. 6. *in fin. ff. de teſtib.* 11 In urbe reſpectu provinciæ, vel in provincia reſpectu urbis, vel in provincia alterius [illegible]

poteſt, ſed præſcriptio ei opponitur. *ut hic.* Jul. *hic n.* 330. adde *l.* 3. *ff. h. t.* Qui cum aliquo litem non criminalem inſtituit, teſtimonium in eum ferre poteſt, niſi aliqua juſta cauſa prohibeat. 1. Harm. 6. 22 Alia occaſione *Jul.* 23 Τῶν παραγραφῶν, id eſt, exceptionum, Jul. *n.* 330. præſcriptionem vertit. 24 *l.* 16. *l.* 19. *C. de teſtib.* 25 Olim *inviti* teſtes in criminalibus cauſis teſtimonium dicere cogebantur, exceptis certis perſonis, *l.* 4. *l.* 19. *ff. h. t.* Plin. 3. *Ep.* In pecuniariis & criminalibus teſtes erant voluntarii, Quint. 5. inviti vero ex conſtitutione Juſtiniani, *l.* 16. *C. h. t.* Quinam inviti non cogantur teſtimonium dicere, vid. Old. *c.* 2. *de teſtib.* 26 Jul. *hic n.* 331. μεσίται. *Scr.* ὁ μεσάσας τισὶν ἐν πράγματι, ἢ μαρτυρεῖ αὐτοῖς ἐν τῇ αὐτῇ ὑποθέσει 1. Harm. 6. *c.* περὶ κεκωλυμένων. §. 43. vel hic locus oſtendit ſequeſtrem pacis & honorarium arbitrum intelligi potius, quam ſequeſtrem depoſitarium. 27 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Sed & ſi quis. C. de teſt.* 28 Ut teſtium productio apud judices vel [illegible] 34 Abſens contumax habetur pro præſente. 35 Ex delicto ſuo nemo juvatur. 36 Μονομερῶς εἶναι. 37 Προπέτειαν, temeritatem. 38 Confirmatio antiquarum legum. [illegible] 41 Id eſt, anno 539.

TIT. III.

UT [1] EXACTIONE INSTANTE DOTIS PRIMÆ [2] ET SECUNDÆ, VIRO AD SECUNDA VOTA MIGRANTE PRÆPONATUR UXOR PRIMA, VEL EX PRIORI MATRIMONIO FILII: ET SI VOLUERIT UXOR, AUT IS QUI PRO EA DOTEM SCRIPSERIT, DARE VIRO QUÆ SCRIPTA SUNT, DISTULERIT AUTEM VIR SUSCIPERE: SOLUTO MATRIMONIO EXIGI EUM AB EA ETIAM CONSCRIPTAM ANTENUPTIALEM DONATIONEM.

NOVELLA CONSTIT. XCI.

Imperator Juſtin. Auguſt. Joanni glorioſiſſ. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconſuli ordinario & patricio.

Ut dos primæ uxoris præferatur doti ſecundæ uxoris, ſive ipſa ſive liberi ejus agant.

PRÆFATIO.

DUdum judicantibus nobis in dubitationem venit cauſa multa correctione digna, & legislatione clariori non indigna. Etenim quidam prioris factus uxoris vir, cum eam extuliſſet, deinde ſecundæ dotem ſuſcipiens, & filios ex priore relinquens, obiit adhuc ſecunda ſuperſtite. volebat igitur ſecunda uxor dotem a ſe datam exigere, privilegio utens a nobis dato: contradicebant autem ex priori matrimonio filii, & ipſi maternam objicientes dotem. Et dubium erat, utrum etiam non ſuperſtite uxore priori, oporteret ſuſcipi filios contra ſecundæ dotem litigantes. Non enim aliis dedimus [3] dudum & damus hoc privilegium, aut heredibus, aut creditoribus, ſed ſolis filiis. Plurimæ ſiquidem dubitationes extiterunt in hac cauſa, dicente ſecunda, quoniam expendiſſet antequam ad ejus veniſſet matrimonium prioris uxoris dotem: & non eſſe juſtum, ſuam quidem, quod tantum inventus eſt reliquiſſe vir, quantum ſufficeret ſoli ſecundæ, dotem eam perdere: illos autem expenſam jam dotem percipere. Sed filii hypothecas proponebant, quoniam omnino rebus exiſtentibus [4] morienti hypothecæ ſeniores potiores quam ſecundæ eſſent.

CAP. I.

HIs [5] igitur in dubitationem venientibus, illud certum etiam a nobis ſancitum eſt, quia ſi [6] aliquid appareat rerum prioris [7] aut ſecundæ dotis, hoc neceſſarium filios prioris aut ſecundæ habere: aut ſi moriatur etiam illa, filios ejus ſingulos, quod proprie habendum ſuum oſtenderint. Hinc enim & in rem quæ de proprietate eſt, competit pure, & unumquemque quod ſuum eſt habere, nullo privilegio indigens. Si vero nihil appareat utriusque rerum, aut aliqua quidem appareant, aliqua vero deſint: ſive ſuperſtites ſint mulieres, repudio forſan priori matrimonio diſſoluto: competere mulieri dotem: ſive defunctæ ſint filiis exiſtentibus ambæ, aut etiam una harum: in iis quæ deſunt, ſuperiorem eſſe priorem, & filios ex ea, antiquiorem dotem præponentes, id eſt dicere nepotes & pronepotes, & deinceps ſucceſſores, cujuscunque naturæ fuerint. Sicut enim ſi duo [8] debita publica [9] fuiſſent, neceſſario antiquum præponeretur poſteriori: ita & hic privilegia neceſſarium eſt priori doti dare priora: & ita ſecundæ: & dotem non præponere doti, nec hypothecam hypothecis: ſed quod antiquius [10] eſt tempore, amplius manere proprium robur habens & privilegium. Tempora namque hypothecarum permutare, aut interimere, nullo modo patimur. Et hoc dicimus non ignorantes, quoniam jam & in alia quadam noſtra legislatione hoc decrevimus, ſed quoniam omnino motum eſt apud nos, & quasdam habuit diverſas cauſa quæſtiones: & propterea ad præſentis legis opus acceſſimus: ut non nunc aliquid prius ſanciremus, ſed ut clariorem eam omnibus conſtitueremus.

CAP. II.

Si per maritum ſteterit quo minus dos ei ſolveretur.

ILlud [11] quoque adjicere legi bonum eſt, quod mota quæſtio ſimiliter neceſſarium nobis ad legislationem fecit. Si [12] enim debeat dotem mulier, & illa quidem dare voluerit ipſa forſan, aut qui pro ea promiſit illam, quicunque fuerit aut proximorum, aut extraneorum: aut *profectitia* aut *adventitia* ſit dos: (hæc enim verba legis ſunt) vir autem, aut ejus pater [13] forſan aut avus ſuſcipere eam nolit: pars autem mulieris conteſtetur [14], & parata ſit hoc ſolvere, aut etiam aliquid majus peragere, & offerat forſan, & ſi mobilis ſit, ſignacula [15] etiam imponat, & ſecundum leges recondat: aut ſecundum unam [16] partem ingrediens in judicium, petat hoc fieri: & pergentes ex judicio quidam denuncient hæc ad partem viri: at ille permaneat ita differens: non poterit ſoluto matrimonio antenuptialis donationis exactionem declinare, tanquam dote non data. Qui enim dare voluit: dum perceptionem recuſat is, qui ſuſcipere poſtulatur, proximus [17] eſt danti, & hoc cum aliis in dote valeat. Sicut enim niſi dederit, per dilationem dotis, negationem ei antenuptialis donationis inferimus: ita vel ſi voluerit dare, & percepturus ex ſtudio recuſaverit perceptionem, damus ei antenuptialis donationis matrimonio ſoluto petitionem: licet [18] dotem propter viri cauſam non intulerit.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, eminentia tua operi effectuique tradere feſtinet. Dat. Kal. Octobr. *Conſtantin.* Imper. DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno XIII. [19] APPIONE V. C. CONS.

TIT. IV.

DE IMMENSIS [20] DONATIONIBUS IN FILIOS FACTIS.

NOVELLA CONSTIT. XCII.

Imp. Juſtin. Auguſt. Joanni glorioſiſſ. ſacrorum per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconſuli ordinario & patricio.

PRÆFATIO.

DUdum [21] de Falcidia & illius parte decrevimus, augentes eam non [22] ignobili incremento, quod enim nimis inæquale eſt, non valde placet nobis, ſed oportere quidem præponi filios, quos pater voluerit, non tamen in tantum minui aliis, ut [23] importabilis ſit eis imminutio.

CAP. I.

POſita [24] igitur a nobis lege in ſua virtute manente, illud volumus, Ut ſi quis donationem immenſam in aliquem aut aliquos filiorum fecerit, neceſſarium habeat in diſtributione hereditatis, tantam [25] unicuique filiorum ſervare ex lege partem, quanta fuit priusquam donationem pater in filium aut filios, quos ea honoravit, faceret. Sic enim nihil ulterius in donationibus querentur, qui habent quidem in omni ſubſtantia patris, quod legitimum eſt: in tantum [26] autem aucta quantitate, quantum habuit ſubſtantia patris antequam donationibus exhauriretur: non [27] valentibus filiis qui donationibus honorati ſunt, dicere contentos ſe quidem eſſe immenſis his donationibus, videri autem abſtinere paterna hereditate: ſed neque [28] cogendis quidem ſi contenti ſunt donationibus, ſuſcipere hereditatem: neceſſitatem autem habentibus omnibus modis complere fratribus quod hæc defert, ſecundum quam ſcripſimus menſuram, ut non minus habeant illi quam quod ex legibus eis debetur, propter factam in donationibus immenſitatem: dum liceat patri mediocriter ſapienti [29] circa omnem prolem, etiam iis qui ab eo potius diliguntur, donare aliquid amplius [30], & non cæteros filios per immenſitatem in illos factam lædere, & noſtram tranſcendere intentionem. Et hæc quidem noſtra ab initio cogitatio fuit, differentes autem illud dudum, & humanarum experti animarum, quoniam videbamus eos in hujusmodi paſſionibus labefactari, atque deſcendere, propterea nunc augmentum illi legi hoc facimus. §. 1. Hæc itaque dicimus de filiis gratis [31] exiſtentibus eis, non de ingratis, & quibus pater juſtam & legitimam ingratitudinem infert. nam ſi hoc ita ſe habere apparuerit, & approbentur ingratitudinis cauſæ, ſint ea quæ in lege de ingratis poſita ſunt, rata: nihil hac noſtra legislatione minuenda.

EPILOGUS.

† Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram noſtram declarata ſunt legem, tua celſitudo operi effectuique tradere feſtinet.

TIT. V.

DE APPELLATIONIBUS.

NOVELLA CONSTIT. XCIII.

Ut ſi mota apud appellationis [32] judicem cauſa litigatores ad arbitros deveniant, intereaque temporis biennium [33] decurrat, & contingat denuo cauſam ad appellationis redire judicem, ne biennii decurſus objiciatur.

Imperator Juſtinianus Auguſtus Joanni glorioſiſſ. per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconſuli ordinario, & patricio.

PRÆFATIO.

SUbjectorum noſtrorum interpellationes legum nobis præbent occaſiones pro ſalute ſubditorum conſcribendarum. Aditionem namque nobis quidam [patronus] fecit: quia lege volente *appellantem* [34], *& per biennium tacentem, aut certe exercentem quidem, non tamen perexequentem, appellationum cadere certaminibus, & confirmata ſententia, non poſſe ulterius procedere, ſed ratam* [35] *fieri utrique ſententiam.* Heſychium autem & adverſarium ejus exercuiſſe qui-

1 Ut dos prioris uxoris præferatur doti ſecundæ, ſive ipſa, ſive liberis ejus agentibus, Jul. *conſt.* 84. De duarum dotium debito, & de eo, qui dotem accipere non vult, *Index Reginæ.* 2 Mortuæ ſcilicet. *Goth.* Vid. ad hanc Novell. Rittershuſ. *part.* 5. *c.* 7. Anſ. 3 *l. ult. Cod. qui potior.* 4 Id eſt, quoties debitori res aliquæ ſuperſunt, cui jus hypothecæ antiquius eſt, præferri debet. 5 Hinc ſumpta eſt Auth. *Si quid. C. qui potior. in pign.* 6 Senſus eſt, Si duæ ſunt mulieres, quæ de dote ſua agant, ſuas quæque mulier res extantes vindicabit. *l.* 30. *Cod. de jur. dot.* Si non extant, antiquior cauſa dotis præfertur, *l. ult. C. qui potior.* & ita prima uxor ejusve liberi, ſecundæ præferentur. Præfertur ſocrus nurui *in declamat.* Quint. 360. 7 4. Harm. 6. §. 19. 8 *Subaudi*, ex duabus ſtationibus, ut in *l.* 2. *Cod. de ſolution.* 9 Ex duabus fiſci ſtationibus, ea præfertur quæ prærogativam habet temporis. 10 Prior tempore, prior jure, *l.* 11. *ff. qui potiores.* 11 Hinc ſumpta eſt Auth. *Dos data. Cod. de donat. ante nupt.* 12 Vid. 4. Harm. 9. §. 12. 13 *Nov.* 2. *cap.* 5. 14 Debitor rei dotalis immobilis, teſtato eam offerre marito debet. 15 Extra judicium dos quomodo ſit offerenda marito recuſanti eam recipere. 16 Quemadmodum in jure dos marito offerri poſſit. 17 Dediſſe videtur, cujus adverſarius fecit, quominus daretur. Paria ſunt dediſſe & obtuliſſe legitime, *l. acceptam.* 19. *C. de uſuris.* 18 Mulier interdum dotem petit, quam nunquam revera numeravit, ſufficit autem eo caſu, legis fictione marito dotem numeratam: veluti ſi marito dotem legitimis modis obtulit & eam maritus accipere noluit. 19 Id eſt, anno 539.

20 *L.* 3. *Cod.* 29. de immodicis & inofficioſis donationibus, Julian. *conſt.* 85. de immenſis donationibus collatis in liberos. *Index Reginæ.* 21 Vid. *Nov.* 18. Goth. Adde Rittershuſ. *part.* 5. *c.* 13. Anſ. 22 Producta eſt enim ad trientem, & certis caſibus ad ſemiſſem. 23 Legitimæ liberorum per leges non ita multum imminuendæ ſunt, ut ſit enormis, &, ut quidam loquuntur, importabilis earum diminutio. 24 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Unde. C. de inoff. teſt.* 25 Donationes fiunt a parentibus vel poſt liberos ſuſceptos vel ante. Priore caſu donationes factæ a parentibus vel extraneo, vel uni liberorum a reliquis liberis defuncti non reſcinduntur, niſi pro modo eorum Falcidiæ tantum. Et ita parens pro numero liberorum ſemiſſem, vel etiam beſſem donare poterit, *Novell.* 18. ut hinc colligas, liberos ex donationibus inter vivos factis a patre ſuam Falcidiam revocare, *ut hic*: extraneos vero non detrahere *l.* 17. 42. *in fin. ff. de mort. cauſ.* Itaque liberi legitimam ſuam petentes, res patris, uti tempore donationis ab eo factæ fuerunt, ſpectant, ut ſi eo tempore 1200. ſolidorum fuerint, parens non poſſit ultra ſemiſſem vel beſſem donare, habita ſcil. ratione numeri liberorum. *Nov.* 18. Quid ſi donavit 900. & poſtea 300. adquiſivit? nihil habent liberi, quod poſſint conqueri: cum hæc ſumma reliquis bonis paternis addita 600. efficiat: id eſt, verum dimidium 1200. ſolidorum, quos parens tempore collatæ donationis habuit. *verſ. ſic enim.* ibi, *In tantum aucta quantitate.* §. *hic.* Quoties vero donationes factæ ſunt a patre ante ſuſceptos liberos, revocatur tota donatio, de quo vid. *l.* 8. *C. de revoc. donat.* 26 Id ut intelligendum eſſet, §. dixi. 27 Ab invitis donatariis, detrahitur legitima liberorum. 28 Liberi donatarii patris, non coguntur hereditatem adire, *ut hic*, coguntur tamen ſupplere fratribus legitimam §. *hic.* 29 Φρονήσαντι, id eſt, affecto. 30 Parens poteſt aliquid amplius donare prædilecto filio, quam reliquis: at non ita donare, ut reliquos legitima defraudet. 31 Ingrati liberi non revocant donationes factas a parente.

32 Si appellatione introducta compromiſſarium arbitrium litigatores elegerint. 33 Jul. *conſt.* 86. 34 Appellans, ſi per biennium tacuerit & appellationem ſuam per id tempus exequutus non fuerit, dicta adverſus eum ſententia in rem judicatam tranſierit. 35 Ἀλλὰ κυρίαν γίνεσθαι ἑκατέρῳ τὴν κρίσιν. *Scrimg.* id eſt, ſententiam in ſuo robore durare. *l. ult.* §. 4. *C. de temp. appell.* alii, abire in rem judicatam. Cujacius redire vertit: eo ſenſu, biennii curſu redire cauſam ad condemnationem hoc modo. Prioris judicis pronuntiatione res tranſit in rem judicatam. *l.* 16. §. 6. *ff. de pign.* judicatum extinguit appellatio *l.* 1. *in fin. ff. ad SC. Turpill.* appellatione circumſcripta (non proſecuta) redit cauſa ad condemnationem, ſenſus eſt itaque, Præſcriptionem biennii non nocere appellationi, ſi interim, dum de re tranſigenda cum adverſario tractatur, vel componenda per arbitrum compromiſſarium, labatur biennium. Eſt igitur hæc Novell. exceptio *d. legis ult.* §. 4. *Cod. de temp. appell.*